



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

16. Quidam conuersus, seu laicus Religiosus sumpsit tempore Paschali Eucharistiam à Sacerdote suæ Religionis simul cum ipso commorante in viridario eiusdem Religionis, quæsierunt an satisfaceret ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

totius Ciuitatis, & Archipresbyter potest appellari proprius Pastor totius Ciuitatis, sicut Episcopus totius Diœcesis, vt habetur in cap. quicumque 20. q. 1. & ex cap. precipimus 12. quest. 1. Ita Gesualdus.

2. Sed ego puto, quod qui communionem sumeret in Ecclesia Cathedrali, sine licentia proprii Parochi, vel Episcopi, non satisfaceret præcepto Ecclesiæ de Eucharistia sumenda, nam nullo iure probatur Ecclesiam Cathedralē esse communem totius Diœcesis: vnde Archipresbyter, & Parochus Ecclesiæ Cathedralis possunt tantum ministrare Sacramenta in sua Parochia. Tamen quando Archipresbyterus est quadam præbenda, cui ex officio esset annexum audire Confessiones omnium Diœcesis illius, tunc esset proprius Sacerdos, & ordinarius in tota illa, & proinde posset ministrare Eucharistiam in Paschate omnibus ad Cathedralē confluentibus. Et in hoc sensu est vera opinio affirmatiua; sin aliter illam non approbo. Et ita tenet Eligius Bassius in floribus Theol. verb. Communio Sacra n. 13. & Sanchez vbi supra, cum Trullench tract. de iure Parochi, c. 5. n. 10. vbi sic ait: Obserua quosdam existimare Parochianos satisfacere præcepto Ecclesiæ, si Eucharistiam sumant in Ecclesia Cathedrali suæ Diœcesis à Parocho, seu Archipresbytero illius: nam putant Archipresbyterum, seu Parochum prædictum posse audire Confessiones, & consequenter administrare omnia Sacramenta, etiam Eucharistiam omnibus fidelibus illius Diœcesis absque licentia proprii. Verius tamen, & tenendum est, vt Praxis confirmat, talem Parochum non posse alienis ouibus absque proprii licentia Eucharistiam, aut alia Sacramenta ministrare: nisi esset alicubi Presbyter deputatus, ad quam possent omnes de Diœcesi gratia recipiendi Sacramenta confluere, quod raro contingit: nam in consuetudine positum est, solum habere potestatem in sua Parochia. Ita Trullench. verum Panormi vel ex licentia ab Archiepiscopo largita, vel ex consuetudine, omnes confluentes ad Ecclesiam Cathedralē pro sumenda Eucharistia tempore Paschatis, adimplere præceptum, & accipiunt schedulam signatam, vt illam possint demonstrare proprio Parocho.

RESOL. XVI.

Quidam Conuersus, seu laicus Religiosus sumpsit tempore Paschali Eucharistiam à Sacerdote sua Religionis simul cum ipso commorante in viridario eiusdem Religionis, quaeserunt, an satisfaceret præcepto annue communionis?

Quod est querere, an Regulares, qui communicant more laico, teneantur, vt impleant præceptum Paschale communionis, illam sumere de manu proprii Prælati, cum ipse sit proprius Sacerdos ipsorum?

Et docetur Regulares posse ministrare Eucharistiam pro præcepto Ecclesiæ, aduenis, & peregrinis, qui nullum domicilium habent.

Item operariis, qui conuentionem faciunt per aliquod tempus ad laborandum in Conuentu, & Parochia carent.

Item seruis, & famulis, & famulo non soluto possunt ministrare Eucharistiam tempore Paschali pro adimplentiæ præcepti, & in articulo mortis Viaticum, Extremam-Vnctionem, & sepulturam.

Sed difficultas est, an seculares communicantes tempore Paschatis in Ecclesia Cathedrali satisfaciant præcepto?

Et notatur, quod Religiosi possunt ex priuilegiis ministrare Eucharistiam extra tempus Paschale, & sumere Viaticum: & possunt dare Viaticum, quando

non potest expectari Parochus, aut consensus eius, & in dicto casu datur Regula ad hoc magis securi faciendam.

Et tandem firmatur, quod tacita licentia, & reuocatio Parochi, etiam si sit de futuro, sufficit ad validam, & licitè ministrandam sacram Eucharistiam, & Extremam-Vnctionem, secus de matrimonio, & confessione. Ex p. 1. tr. 7. & Misc. 7. Ref. 18.

§. 1. **R**espondi negatiuè, si ex probabilibus rationibus non scirent Prælatus in hoc contere, & hanc opinionem nouissimè inuenio docere nostrum P. Pasqualigum in theol. tom. 2. disp. 118. sect. 7. n. 31. vbi asserit: Colligitur, Regulares qui communicant more laico teneri, vt adimplant præceptum Paschalis communionis, illam sumere de manu proprii Prælati, cum ipse sit proprius Sacerdos ipsorum, & quamuis iuxta Constitutionem Clem. VIII. de preter plures Confessarios, qui audiant confessiones suorum subditorum, non tamen ipsis censetur concessa facultas administrandi Eucharistiam, cum hæc sit diuersa ab ipsa; nec ad illa necessitas, quod talis facultas alijs deputeretur, sicut adest de facultate audendi confessiones. Nec facultas quam habent ex priuilegio administrandi Eucharistiam suffragatur, quia est concessa solum in ordine ad Sacramenta. Ita ille.

2. Nota hic obiter, quod etiam alibi abhorzati- mus, stantibus priuilegijs posse hodie locum tenere intra monasterium Religiosis, satisfacere præcepto annue communionis, si sumant Eucharistiam ad illis. Imò absolute desunt qui doceant tam oblige- tionem adeundi Parochum, reitrigendam esse ad eos, qui non degunt intra Monasterium. Nam de- gentes in loco exempto à cura Parochorum, videntur licite posse communionem sumere in suis locis, quibus degunt; tum quia sicut ibi possunt spectari inconconsultis Parochis, ita etiam videntur ibi posse Sacramenta sumere, vt colligit Bonacina supra c. 11. quæ docet Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 23. num. 1. & docet Dicaillus de Sacram. tom. 1. str. 4. disp. 1. dub. 7. num. 173. Vnde Remigius in præll. comp. p. 3. cap. 3. §. 1. num. 5. sic ait. [Los peregrinos, que pasan de camino sin tener domicilio: y los jornaleros que se alquilan por algun tiempo, y no han tomado rezindad en el lugar en que se hallan, ni tienen intento de morar alli la mayor parte del año, cumplen con el precepto comulgando en las Iglesias de los Religiosos: tambien los criados de la Religion, que viuen dentro della con sugecion à los Prelados, que en esto no se haze iniuria à los Parrocos, en cuyo fauor se hizo aquella limitation del día de Pascua.] Ita ille; cui adde Ioannem de Socia in Epilog. summ. part. 2. tr. 2. sect. 1. disp. 7. §. circa ministrum, vbi sic asserit: Regulares possunt Eucharistiam administrare illis, qui nullum domicilium habent. Item operariis, qui conuentionem faciunt per aliquod tempus ad laborandum in conuentu, & parochia carent. Item possunt administrare hoc Sacramentum cum Sacramento Extremæ-Vnctionis seruis, & famulis conuentus: & idem est dicendum de seruis, & famulo non soluto, qui extra clausuram de nocte cum muliere sua pernoctat, si infirmitatem patiant in ipso cænobio, quos in suis Ecclesijs possunt sepelire, quando sepulturam non elegerint.

3. Sed difficultas est an seculares communicantes tempore Paschatis in Ecclesia Cathedrali, satisfaciant præcepto? Et negatiuè responder Dicaillus vbi supra num. 170. & alij, quos alibi adduxi, & non adhæret Paschal. vbi supra num. 3. Cdm enim Episcopus resideat in Ecclesia Cathedrali, & sit vniuersalis pastor totius Diœcesis, potens omnibus inma-

diatè ministrare Sacramenta, Cathedralis quoque est Ecclesia vniuersalis propria omnium, & ideo possunt omnes ad ipsam concurrere pro recipienda Paschali communione, nam censetur recipere à proprio pastore, cum nomine Episcopi Sacramenta in ipsa ministrantur. Idem etiam docet Martinus de San Ioseph in mon. confess. tom. 1. lib. 1. tr. 9. de Euchar. n. 11. Et idem supposita consuetudine, vt mihi constanter aliqui asserunt adesse, dicendum est, Magistrum Capellanum Cathedralis Ecclesie Ciuitatis Panormi (dulcis patria mea) posse administrare omnia Sacramenta, etià matrimonium aliis Parochianis alterius parochie, & hæc, vt dixi, stante consuetudine, quæ iurisdictionem præbet non habenti. Et ita in fauorem dicti Magistri Capellani latè probauit doctissimus, & amicissimus Pater Vincentius Tancredi Societ. I. S. V. in quodam voto, quod subscripserunt ex eadem Societate Pater Francisc. Bardi, & P. Francisc. Tamburinus, P. Auerfa ex Clericis Minoribus, P. Magister Lezana Carmelitanus, & ego ipse.

4. Nota tamen hic obiter, quod Religiosi possunt ministrare Eucharistiam extra tempus, quo satisfaciendum sit præcepto de communione in Paschate, & tempus sumendi viatici est extra controuersiam, quia habent ad hoc à summis Pontificibus priuilegia, quod etiam possunt dare viaticum, quando non potest expectari Parochus, aut consensus, eius est sententia communis, quia tum potest bene præsumi consensus Parochi. Si talis præsumptio consensus ipsius non sufficit, vt detur communio Paschalis, quia facile potest differri illa communio donec habeatur consensus expressus eius; & interea potest quis tum ex deuotione communicare, & recipere fructum Sacramenti, cum animo communicandi ad satisfaciendum illi præcepto, quando aderit Parochus, & dederit consentum. Ita Ioannes Pontius in curs. theolog. disp. 44. quæst. 12. concl. 2. num. 107. Putat tamen Leander de Sacram. tom. 2. tract. 7. disp. 3. q. 18. & alij penes ipsum, quod pro communicandis Laicis tempore Paschali ad implendum præceptum sufficiat probabilis spes, aut præsumptio, quod Parochus approbabit postea id quod gestum fuerit.

5. Vide Fagundez de præcepto Eccles. part. 3. lib. 1. cap. 5. num. 11. & Trullench in decal. tom. 1. lib. 3. c. 5. dub. 2. num. 10. vbi firmat, quod tacita licentia, & rati habitio Parochi, etiam si sit de futuro, sufficit ad validè, & licitè ministrandam Sacram Eucharistiam, & Extremam Vnctionem quæ non requirunt ad sui validitatem iurisdictionem quæ secus dicendum de confessione, & matrimonio. Idem etiam docet Martinus de San Ioseph in mon. confess. tom. 1. lib. 1. tract. 9. de Eucharist. num. 10.

RESOL. XVII.

An Regulares ex priuilegio possint ministrare laicis Eucharistiam pro adimplendo præcepto annuæ communionis? Et quid pro aduenis, & peregrinis? Ex part. 11. tr. 7. & Misc. 7. Ref. 4.

§. 1. **A** Libi pro affirmatiua sententia addaxi Ioannem de la Cruz, Bejam, Rodriguez, Bannium, & alios, quibus nunc plures addam, quorum verba per extensum apponam, & inter illos primum agmen ducat Ioannes Henriquez in qq. moralibus sect. 15. vbi sic ait: [Traen à cerca de la comunión en la Parroquia en tiempo de Pasqua vn priuilegio Iuan de la Cruz, y Manuel Rodriguez concedido por Nicolas V. y Iulio II. à los Padres de Gua-

dalupe para que todos los fieles que comulgaren en su Iglesia ocho dias antes de Pasqua, ò ocho dias despues satisfagan y cumplan con el precepto de la comunión, como si comulgassen en la Parroquia, à este priuilegio no le han dado tanto credito algunos, como à otros por ser en disfauor de las Parroquias: y assi infiere Fagundez citado por Diana, que en vna ciudad de Portugal queriendo los Padres de San Francisco gozar de la participacion deste priuilegio, y praticarlo en su Iglesia, lo contradixeron los Curas de vna Parroquia, y despues de auerse pleiteado fuertemente, fue sentenciado en fauor de los Padres de San Francisco, verdad sea que aqui no auia necesidad de mucho pleitos, pues la comunión de los priuilegios concedidos à qualquier Conuento de Religiosos, es tan cierta à todas las Religiones.

2. Remigius in pract. confess. tract. 3. cap. 3. §. 1. n. 6. [Es tambien probable que cumplen los fieles con el precepto de la comunión, comulgando en las Iglesias de qualquiera Religion aprobada, por vn priuilegio de Iulio II. y Nicolao V. concedido à los Padres de Guadalupe de que todas comunian, y por vna sententia dada en fauor de los Padres de San Francisco, en confirmacion deste priuilegio contra los Curas, como testiere Fagundez apud Dianam: mas no conuene que esto se haga sino raras vezes con mucha prudencia y cautela por evitar escandalos, y discordias.]

3. Ioannes de Soria in Epilogo summ. p. 2. tract. 1. sect. 1. disp. 7. §. circa ministrum. Item possunt Regulares virtute suorum priuilegiorum in die Paschatis ad implendum præceptum annuæ communionis peregrinis, & aduenis Eucharistiam ministrare: quia in hoc nulla fit parochis iniuria, imo P. Rodriguez tenet quoslibet, & alios seculares comunicando apud Regulares satisfacere Ecclesie præcepto.

4. Martinus de San Ioseph in mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 5. de Euchar. num. 14. [En rigor pueden los Religiosos en sus Conuentos dar à los seglares la comunión Pasqual, por vn priuilegio de Nicolao V. concedido al Monasterio de nuestra Señora de Guadalupe, y estendido por Pio IV. à todos los Conuentos de la Orden de S. Geronimo, de que participan todos los Mendicantes, y yo juzgo tambien que es probable, aunque à consejo, que en el tiempo Pasqual se abstengan los Religiosos deste priuilegio, Algunos Authores niegan con ansia, que se pueda usar deste priuilegio, Granados tract. 12. disp. 2. n. 3. Fagundez præcept. 2. lib. 1. cap. 3. num. 16. Porrel verb. Sacramentorum administ. n. 6. Henriquez lib. 8. c. 5. lit. B. Nauarr. cap. 21. num. 52. dan por razon que es contra el Derecho comun, y que assi se hà de interpretar estrechissimamente. Diana 6. part. tr. 7. ref. 58; trae cierta declaracion de los señores Cardenales en contrario. Todo esto no quita la probabilidad de nuestra opinion, no lo primero, porque todos los priuilegios son extra ius commune, que son leyes priuadas, l. 1. in lege quod fauore 6. C. de leg. y siempre han de obrar algo de nuevo los priuilegios, cap. si Papa vers. si autem de priu. in 6. l. 3. in princip. ff. de iur. iuran. l. si quando 109. ff. de leg. 1. leg. fin. ff. nequid in loco publico, y hasta el priuilegio de Pio IV. no podian dar los Religiosos à los fieles la comunión Pasqual. Concedio esto Pio IV. luego pueden darle, y queriendo interpretar este priuilegio estrechamente, sera quitarla del todo, porque no tiene mas lances, ni admite otras interpretaciones estrechas, ni largas, que poder dar, ò no dar la comunión Pasqual, y ya queda probado, que el priuilegio ha de obrar algo de nuevo, y este de que tratamos lo que obra, es poder dar los Religiosos la comunión Pasqual:

Ni

Sup. his latè infra in Ref. 21. & in aliis §§. & vers. eius primæ not.

Quæ hic est infra Refol. 20. & in aliis eius primæ annot.